

Eius opera (ut sanctus Hieronymus de S. Cypriano A scripsit) Sole sunt clariora , ut supervacaneum videatur eorum indicem texere . Describam eorum indicem ex Romana editione , quae jussu Pii V. Pontificis Maximi confecta censetur omnium optima . Tomi sunt septemdecim .

Primus Tomus continet vitam Beati Thomae , & Commentaria in libros Perihemias , & Posteriorum Analyticorum .

Secundus Tomus continet Commentaria in libros octo Physicorum , in lib. 4. de caelo , & mundo , & in lib. 2. de generatione .

Tertius Tomus continet Commentaria in lib. 4. Meteororum , in lib. de anima , & in parva naturalia .

Quartus Tomus continet Commentaria in lib. 12. Metaphysicorum , Tractatum de ente , & essentia cum Commentariis Card. Cajetani , & Expositionem in librum de causis .

Quintus Tomus continet Commentaria in lib. 10. Ethicorum , & in libros 8. Politicorum .

Sextus Tomus continet Commentaria in primum , & secundum sententiarum .

Septimus Tomus continet Commentaria in tertium , & quartum sententiarum .

Octavus Tomus continet Quaestiones disputatas , & Quodlibetas .

Nonus continet Summam contra gentiles cum Commentariis Francisci Ferraricenis .

Decimus continet Primam partem summæ Theologiae , cum Commentariis Card. Cajetani , & expositionem S. Dionysii de divinis nominibus .

Undecimus Tomus continet Primam secundam , & secundam secundam cum Commentariis Card. Cajetani .

Duodecimus Tomus continet tertiam partem cum Commentariis Card. Cajetani .

Tertius decimus Tomus continet Commentarium in Job : in primam quinquagenam Psalmorum , in Cantica Cantorum , in Istaia , in Hieremiam , in Thronos .

Quartus decimus Tomus continet Commentaria in Mathæum , & Joannem .

Quintus decimus Tomus continet Auream catenam ex Patribus contextam in quatuor Evangelia .

Sextus decimus Tomus continet Commentaria in omnes epistolas sancti Pauli , & sermones de tempore , & de Sanctis .

Septimus decimus Tomus continet Septuaginta tria opuscula , & Scriptum secundum in quatuor libros sententiarum ad Anibalduum Cardinalem .

Plura deinde ejus opera passim circumferuntur , quæ in Romana editione non habentur , unde referent in Apparatu suo Possesivus , adhuc 40. opuscula quæ legitimi ipsius scriptis existimantur .

Vixit eodem tempore Bonaventura natione Italus , patria Balthorengensis , Ordinis sancti Francisci Minister Generalis , ac postea Albanensis Episcopus , & Cardinalis à Gregorio decimo creatus , non in feriis Pentecostes , & in Lugdunensi Concilio , ut multi scribunt , sed ante Concilium , & forte in quatuor temporibus Decembris anni 1273. Nam in ipso Concilio Lugdunensi , quod Romæ nuper est editum , invenitur sanctus Bonaventura Cardinalis residere cum ceteris in prima sessione .

Prima autem sessio celebrata est anno 1274. die septimo D Maii , triduo ante Ascensionis festum . Vir fuit sanctissimus , & doctissimus , & multa scripsit , quæ Romæ edita sunt , jussu Sixti V. Pontificis Maximi in octo tomos distributa .

GULIELMUS DURANTES , dictus Sepulchator , natione Vasco , Episcopus Mimatenfis , jure consultus insignis , scripsit Speculum in tria volumina distinctum ad Cardinalem Othobonum , qui fuit postea Adrianus Papa Quintus . Scripsit etiam Rationale divinorum officiorum libris octo , & Repertorium juris , & Commentaria in Canones Concilii Lugdunensis . Vivebat tempore Nicolai III. Pontificis anno Domini 1280.

JOANNES DUNS SCOTUS , natione Anglus , Ordinis Minorum , vir fuit acutissimo ingenio præditus , & cum docuisset primum Oxoniæ , deinde Parisiis , immatura morte diem extremum obiisse dicitur anno Domini 1320. Scripsit hæc , Scriptum Oxoniense in quatuor libros Sententiarum . Scriptum Parisiense in eisdem libros . Librum

Quodlibetorum . Librum collationum Parisiense . Librum de primo principio rerum . Librum Theorematum . E Librum de cognitione Dei . Tetragrammata quadam . Sermones de tempore , & de Sanctis . Commentaria in Genesim , in Evangelia , & in Epistolas , valde obscura . Item in Philosophicis scripsit Quaestiones in Porphyrium , item in Aristotelis prædicamenta , Perihemias , Priora , Posteriora , Elenchos , de Anima , Metaphysica , & Physica . Mira sunt , quæ de viro hoc scribunt nonnulli , adversus quos satis servide Apologiam nuper edidit Hugo Cavalus Hybernus ex Ordine Minorum Theologus eruditus .

FRANCISCUS MAYRONES natione Scotus ; professione Religiosus Ord. sancti Francisci , Scoti discipulus , vixit tempore Joannis Vigefimi secundi Papæ , anno Dom. 1320. Scripsit Commentaria in libros quatuor Magistris Sententiarum . Item Quodlibeta . Formalitates . De primo principio . De expositione divinorum nominum , & de Univocatione . Quæ omnia simul edita Venetiis anno 1520. & 1556. Scripsit præterea Quadragesimale , & Sermones de Sanctis . Item de paupertate Christi , & Apostolorum . De virtutibus , & vitiis capitalibus . De articulis fidei . De Baptismo . De humilitate . De indulgentiis . De corpore Christi . De Angelis . De suffragiis defunctorum . De poenitentia . De Jesu . De ultimo judicio . De septem donis Spiritus sancti . Quæ olim jam omnia impressa fuerunt Basileæ .

NICOLAUS LIRANUS ex Judaismo conversus ad fidem Christianam , & Ordine Minorum assumpto , scripsit Commentarium , sive Postillam in Universâ Bibliâ : quod opus notissimum est ; & recognitum impressum est , Lugduni anno 1590. Scripsit præterea librum de corpore Christi , Sermones de tempore , & de Sanctis . Librum contra Judæos . Commentaria in quatuor libros Sententiarum . Quaestiones veteris , & novi Testamenti , Tractatum de devotione Dei . Expositionem decem præceptorum . Tractatum de idoneo ministrante , & suscipiente Sacramento altaris . Obiit dicitur anno Domini 1349.

JOANNES TAULERUS , natione Germanus , Ordinis sancti Dominici , perfectionator insignis , & piissimus , scripsit Sermones de perfectione vite interioris . Tractus de virtutibus . Epistolas ad diversos . Cantica spiritalia . De novem gradibus Christianæ perfectionis , Speculum , & exemplar Domini nostri Jesu Christi . Exercitia de vita , & passione Christi . Vixit circa annum Domini 1350. Hujus opera adhuc nuper recusa sunt Colonia per D. Quentelium . Porro hunc virum , ut suspicatum circa finem contempit Joannes Eckius , sed egregie cum defendit Ludovicus Blosius .

VINCENTIVS FERRERIUS Valentinus Ordinis Prædicatorum , vir Apostolicus , obiit anno Domini 1418. prædicavit multis in locis verbum Dei , cum summa utilitate populorum , Deo cooperante , & sermones ejus confirmante sequentibus signis . Extant sub ejus nomine tres tomi utilissimarum concionum : quæ etsi forte ab ejus discipulis scriptæ sint : tamen doctrinam ejus continent . Scripsit ipse Tractatum de vita spiritali , brevem , sed plenum optima institutione . Scripsit quoque epistolas varias . In Catalogum Sanctorum relatus est , à Callisto III. Summo Pontifice .

PETRUS ALLIACO Archiepiscopus Cameracensis , & Cardinalis , creatus à Joanne XXIII. ann. 1411. Obiit sub Martino V. anno 1426. Scripsit varia , tam in Magistris Sententiarum , quam in varios libros S. Scripturæ .

THOMAS VALDENSIUS , Anglus , Ordinis Carmelitarum Prior Provincialis , floruit tempore Martini V. Pontificis , cui opus suum dedicavit , & obiit Rhomæ in Gallia , anno 1430. Scripsit opus egregium , quod inscripsit Doctrinale fidei antiquæ , tribus tomis distinctum . In primo tomo disputatur de Deo , de Christo , de Petro , & de Ecclesia , de Religiosis , contra hæreticos Vvichitas , & Hussitas . In Secundo de Sacramentis , contra eosdem . In tertio de Sacramentalibus , contra eosdem .

ALPHONSUS TOSTATUS natione Hispanus , Episcopus Abulensis , vir sanctitate , & doctrina celeberrimus : vixit tempore Eugenii IV. Pontificis , circa annum Domini millesexagesimo quadragesimo . Scripsit Commentaria copiosissima in Pentateuchum , in Josue , Judices & Rut : nec non in libros Regum , & Paralipomenon , & in Evangelium sancti Matthæi , in quibus Commentariis dissolvit quaestiones innumerabiles , ut merito de eo scriptum sit .

Hic

Hic super est mundi , qui scribenda discunt omne .

Et quod magis est admirandum , tanta scripsit brevissimo tempore , cum non vixerit nisi annos quadraginta . Neque solum Commentaria illa scripsit , sed & etiam opuscula plurima , quibus extant . Defensorium trium conclusionum . Liber de Sanctiss. Trinitate . Liber contra Sacerdotes concubinos . Paradoxa . Explicatio verborum Istaia , Ecce Virgo concipiet . Liber de statu animarum post mortem . Liber de optima politica . Hujus opera omnia demum Colonia apud D. Antonium Hierat sunt excusa 1622.

S. ANTONIVS , patria Florentinus , Ordinis Prædicatorum , ac postea Florentiæ Archiepiscopus , vir doctissimus , ac sanctissimus , obiit anno Domini 1459. ætatis 70. quem in Sanctorum Catalogum retulit Adrianus VI. Pontifex . Scripsit summam historiam in tres partes divisam . Summam Theologicam , in quatuor partes divisam . Librum de eruditione confessorum , qui dicitur , Desceperunt , qui incipit . Desceperunt fratruum . Dicitur etiam scripsisse Trialogum de Christo , & duobus discipulis euntibus in Emaus , in quo explicantur omnia , quæ de vita , morte , & resurrectione Domini prædicta sunt .

B. LAURENTIVS Justinianus , patria Venetus , ac primus Canonice Regularis , deinde Episcopus Veneticorum , postremo primus episcopus urbis Eugeniæ IV. & Nicolai , Pontificum Romanorum , circa annum Domini 1440. Obiit anno 1455. Scripsit volumina quædam .

DIONYSIVS Carthusianus , natione Belga , vir fuit sanctissimus , & doctissimus , vixit in ordine Carthusiano annos 44. obiit anno ætatis suæ 69. qui erat annus salutis 1471. Scripsit in omnes libros Scripture divine . Scripsit in quatuor libros Magistris sententiarum . Item plurima , quorum Catalogum , una cum vita ipsius , invenies post finem Commentarii in librum quatuor sententiarum .

JOANNES ECKIVS , natione Suevus ; vivebat anno 1500. & ex primis fuit , qui hæresicæ Lutheræ , & eorum disputando , & scriptis libris strenue se opposuit . Scripsit Enchiridion , in quo controversias fere omnes breviter , & dilucide comprehendit . Scripsit etiam formam de sacrificio Missæ libris duos . Et deinde iterum alios tres . Item de Primatu sancti Petri . De poenitentia , & virtutibus poenitentia annexis . Item Postillos , sive Homilias de tempore , & de Sanctis . Scripsit quoque multa Philosophica in lib. 8. Physicorum In libros de caelo . In libros de generatione . In Meteora . In libros de Anima , & alia .

JOANNES FISCHERUS , natione Anglus , Episcopus Rossensis , ac postea Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis , & quod longè gloriosius est , Martyr Christi , occisus Henrici VIII. Regis Anglorum jussu anno Domini 1535. jam senex , & multis perfunctus laboribus : proinde florebat anno Domini 1500. Scripsit adversus articulos Lutheri , quos Leo X. Papa damnaverat . Scripsit etiam contra librum ejusdem Lutheri , qui inscribitur . De captivitate Babilonica , & de Christiano Sacerdotio contra eundem .

Scripsit item de Eucharistia contra Ocolampadium . Item de unica Magdalena contra Jacobum Fabrum . Item in septem Psalmos . Eiusdem esse creditur assertio septem Sacramentorum , quæ nomine regis Henrici VIII. prodit .

JOANNES FABER , Episcopus Viennensis , vivebat an. 1500. & unus fuit ex præcipuis Doctores , qui Luthero , & Lutheranis resistit . Scripsit Malleum hæreticorum libris sex . Orthodoxæ fidei Catholicæ defensionem adversus Balthasarem Pacinotantum . Librum de potestate summi Pontificis contra Lutherum . Homiliarum de sanctissima Eucharistia , & aliorum argumentorum ingentem numerum , & alia , quæ notissima sunt .

DOMINICUS SOTUS , patria Segobienfis , Ordinis Prædicatorum , vir doctissimus , & pius valde , qui Carolo V. Imperatori à sacris confessionibus fuit , & Concilio Tridentino interfuit anno 1545. & obiit anno 1560. Scripsit opera quorum ipse Catalogum texti in recognitione operum suorum , quam posuit in extremo libro suo in quartum sententiarum .

Martinus Apicuetæ Navarrus , vir doctissimus , & piissimus , vivebat anno 1500. Quippe qui natus est , anno 1493. & pervenit ad annum 1586. ætatis suæ nonagesimum quartum , ut est in Epitaphio ipsius : & colligitur

L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. VII.

ex verbis ejus , qui octogenerium se fuisse scripsit , cum E Manuele dedicavit Gregorio Decimotercio Pontifici , anno ejus primo . Scripsit multa opera , quæ tomis continentur , edita Venetiis 1602.

JACOBUS LATOMUS , & JOANNES DRIEDO Belgæ sacras literas in Universitate Lovaniensi cum summa laude professi fuerunt sub annum 1500. ac præclaris monumentis Ecclesiæ relictis obierunt .

Posterioribus his tempore , non eruditione aut nominis splendore , Ruardus Tapperus Euchusianus , universitatis Cancellarius , ac supremus fidei inquisitor , xxxix. annorum prælectione , ac scriptis etiam eruditus clarus : Martinus Dorpius insigni rerum divinarum , Græcarum insuper litterarum cognitione præstans : & Joannes Hasleus trium linguarum exquisita peritia excellens , quem Carolus V. Cæsar ad Concilium Oecumenicum , quod Tridenti convenerat , à Belgio submiserat , ac ibidem factus fundus magno Patrum ludu , tumuli honore affectus fuit anno 1551.

JOANNES HESSELIUS , & Martinus Rythovius , circa eadem tempora , Lovanii sacras literas magno audientium concursu cum laude interpretati sunt .

JODOCUS A RAVESTYN Tiletanus Matthiam Flaccum Illyricum Antuerpiensis confessionis impium Architectum voce , & scriptis confutavit .

Fuit eadem studiorum , & laborum focus Joannes Molanus , qui præter Theologica exercitia , quibus sedulo incubuit veteribus Martyrum historis illustrandis , & Sanctorum Belgicorum etiam natalibus erudendis , & ad vetus Martyrologium notis amplissimis concimendis multum , atque utiliter defudavit . Lovanii extinctus anno 1585.

Habuit circa hæc tempora eadem universitas Michaelena Bajum Atho Hannoniæ oriundum , virum ingenii , doctri- neque præditis , cum ad maxima Reipublica munera obtingenda instructum , ideoque Joannis Austriaci Belgicæ regi charum : tum ad Philosophiæ , Theologiæque arcana eruenta , atque aliis dispensanda , cum primis habilem ut qui antea ætatis Philosophos , & Theologos acumine , & perspicuitate æquaverit , & ad Concilium Tridentinum , eum Atlas aliquid , à Philippo II. Catholico Rege destinatus , una cum Cornelio Janenio , & Joanne Hesselio , quorum prior Concordiam Evangelicam misisse , atque eruditè illustravit , & Gandensi Cathedræ præfuit ; illius etiam finem spectavit . Cum Philippo Marnixio de facta Eucharistia subtilissimè disputavit . Reliquas virtutes ejus oratione funebri prosecutus fuit Joannes Bernartius Jurisconsultus . Obiit autem Lovanii in Collegio Hadriani VI. cum annis multis præfuerat , anno Domini 1589. mensis Septembris die 16. ætatis annorum 77. postquam in eadem Academia decies Novum , & Antiquum Testamentum pluries prælegisset , & Augustini opera novies evolvisset .

In Joanne Lenço Belliolano etiam solida sancti Augustini doctrina , & Lactantii elegantia enituit , cum pauci admodum ita purè & eleganter sacra dogmata tradiderint , & validius errores confutarent . Testantur libri ipsius de Christiana libertate , de Ecclesia , verbo Dei tradito , & de satisfactione , atque Purgatorio . Alios ipsius conatus temporum injuria , vel incuria amicorum suppressit ipso vita hæc defuncto anno 1593. ætatis annos numerans vix 52.

Quantus autem vir fuerit Thomas Stapletonius natione Angelus , norunt omnes , qui in Lovaniensi Academia ab ore docentis pependunt , cumque de rebus divinis subtiliter , & nervose differenter audiverunt . Scripta verò ipsius ita varia sunt , & in omnium manibus , ut hic eorumdem clementiam adducere supervacaneum duxerim . E quibus tamen excellere mihi videntur Principiorum fidei doctrinalium relectiones , Promptuarium cum Catholicum tum morale , & Antidota Evangelica . Illius fama , & eruditione excitatus Clemens Octavus Pontifex , cum ad Urbem invitavit amplius honoribus cumulandum . Sed ut erat ad omnem modestiam compositus , eligebat mediocrem fortunam in illo otio , & studiorum secessu , præ tumultu , & strepitu Rom. Pervenit autem aliquandiu infirma usus ætate , ad annum 68. patria ob religionem extorris , ac Lovanii vita hæc defunctus , ad meliorem transiit , anno Domini 1601.

Fuit & alius Thomas circa ea tempora , Hardingus : Item alius etiam Thomas Heltrinus , Anglus uterque , & Theologus eximius , quorum zelus pro domo Dei adversus illos hostes , tum docendo , tum errores illorum editis doctissimis scriptis convellendo enituit .

R. 3

Jacobus

JACOBUS etiam BAYUS ex Atheniensi territorio oriundus
 A Michaelis istius nepos, ejusdem, ut nominis, ita & vir-
 tutis, atque exquisitae eruditionis, quam multorum anno-
 rum laudabili professione in eadem Lovaniensi Academia
 ubi variis honoribus auctus fuit; & saeculorum perennita-
 te dignis lucubrationibus satis superque testatus fuit. Scri-
 psit opus Catecheticum diu ante desideratum, & Chri-
 stianae Reipub. utilissimum, utopere quam doctrinam pub-
 licè è sublimi loco anno XIII. tradiderat. Reliquas exi-
 mi viri doctas, ac prudentiam, & in rebus agendis solem-
 nitatem singularem, morumque innocentiam, assidue loquun-
 tur, qui cum eo familiariter adhuc nuperimè usi fue-
 runt. Obiit namque Ecclesiae sancti Petri Decanus, exacto
 ætatis anno LXX. qui Christi erat M.D.C. & XIV. tert. Non. Octobr.
 desiderio sui non modico relicto. Pietatem verò erga Deum
 & Christianam Rempublicam, ut alia illius insignia præterea-
 mus; vel unice commendat, quod facultates suas exem-
 plum Patri Michaelis (qui hic etiam Collegium pauperum stu-
 dentium sub titulo B. Augustini excitaverat;) quas amplissimas
 labore, varisque functionibus, etiam larga, honestaque vita
 parvissima, consecutus fuerat, alendæ in bonum publicum
 B Juventuti, & ad Ecclesiae casta emittendæ, testamenti tabu-
 lis reliquerit, instituto eorumdem directore Egidio Bajo ex
 fratre itidem nepote, & S. Theologiae Doctore, ac Pro-
 fessore, qui patri, propatruisque sui voluntatis supremæ
 placita, ex fide, summaque vigilantia executus, elegantissi-
 mum Collegium à fundamentis instituit, laudique recti-
 galibus instruxit. Exclamem, & merito; Felix Bajana
 stirpe Lovanium! illoque felicis Athum, quamvis non
 ignobile nobilis Hannoniæ oppidum; & quod tanto tempore
 decursu, tam illustra Ecclesiae lumina dederit, quæ su-
 pra candelabrum posita etiamnum lucent omnibus, qui in do-
 mo Dei sunt.

Porro injuriam facturus videret Societas Jesu Theolo-
 gis eximis, si non præstantiores aliquot, quorum scripta ho-
 die omnibus pulpitis celebrantur, omniumque manibus ver-
 santur, in sacram hanc arenam adduxerit. Quid enim Cardine-
 lem Bellarmino, Georgio à Valentia, & Gabriele Vasquez,
 in explicandis Christianæ fidei dogmatibus, ejusque controver-
 siis illustris, aut magis eruditum? Benedicto Petro cujus

**THEOLOGORUM SCHOLASTICORUM,
 QUI IN ECCLESIA FLORUERUNT**

- | | | |
|----------------------------|-------------------------------|-----------------------|
| Petrus Lombardus. | Thomas Argentinensis. | Joannes Maldonatus. |
| Gulielmus Antiodorensis. | Richardus Armachanus. | Leonardus Lessius. |
| Gulielmus Parisiensis. | Nicolaus de Gorram. | Joannes Malderus. |
| Alexander Halensis. | Alphonfus Vargas. | Jacobus Janfonius. |
| Vincentius Bellovacensis. | Henricus de Hallia. | Vincentius Fillucius. |
| Albertus Magnus. | Joannes Capreolus. | Joannes de la Pefia. |
| S. Thomas de Aquino. | Petrus Alliaccensis Cardinal. | |
| S. Bonaventura Cardinalis. | Joannes Gerion. | |
| Petrus de Tarantasia. | Thomas Valdenfis. | |
| Innocentius V. | Augustinus de Roma. | |
| Udalricus Argentinensis. | Joannes de Capistrano. | |
| Rupertus à Russia. | Joannes Bassolius. | |
| Egidius Romanus. | Joannes de Turrecremata Card. | |
| Richardus de Media Villa. | Nicolaus de Cufa Cardinalis. | |
| D Henricus de Gandavo. | Dionysius Carthusianus. | |
| Joannes Parisiensis. | Gabriel Biel. | |
| Joannes Duns Scotus. | Marfilius ab Ingen. | |
| Augustinus de Ancona. | Joannes Picus Mirandulanus. | |
| Petrus Aureolus. | Thomas Cajetanus Cardinalis. | |
| Antonius Andree. | Jacobus Almainus. | |
| Durandus de S. Pontiano. | Joannes Major. | |
| Hervæus Natalis Brito. | Franciscus Ferrariensis. | |
| Franciscus Mayronis. | Sylvester Prieras. | |
| Gulielmus Okam. | Hadrianus Papa. | |
| Monaldus Damalta. | Franciscus Lychetus. | |
| Nicolaus Lyranus. | Conradus Roellim. | |
| Pelagius Alvarus. | Franciscus Victoria. | |
| Petrus Paludanus. | Dominicus Sotus. | |
| Guido Carmelita. | Michael Bajus. | |
| Adamus Goddanus. | Jacobus Bajus. | |
| Joannes de Bacchone. | Gabriel Vasquez. | |
| Robertus Olhot. | Georgius à Valentia. | |
| Gregorius Arlmenfis. | Franciscus Suares. | |

**INDEX EXPLANATORUM
 S. SCRIPTURÆ.**

- Tam veterum quam novorum.
- In omnem Scripturam.*
- Rabanus Maurus.
 Anselmus Laudunenfis.
 Strabus.
 Hugo Cardinalis.
 Nicolaus Lyranus.
 Dionysius Carthusianus.
- Et Noſtro Tempore.*
- Emmanuel Sæ. Joann. Mariana.
 Cornelius à Lapide, Soc. Jesu, &
 Leonardus, Marius, meditantur contem-
 plarios in totam Scripturam.
- In Genesim.*
- Origenes.
 S. Joannes Chrysoſtomus.
 S. Cyrillus Alexandrinus.
 Eucherius.
 Procopius.
 Beda.
 Rupertus.

Rupertus.
 A Alphonus Abulensis.
 Thomas Cajetanus.

Item Quaestiones in Genesim.

S. Hieronymi.
 S. Augustini.
 Theodreti.
 Beda.
 Alcuini.

*In Primum Caput Genesim, sicut
 in Exameron.*

S. Basilus.
 S. Ambrosius.
 S. Augustinus de Genesim litterarum.
 li. 13. Confessionum.
 Anastasius Sinaita.
 S. Bonaventura.
 Joannes Picus.

Et Noſtri Temporis.

Aloysius Lipomannus.
 Ambrosius Catharinus.
 B Benedictus Pererius.
 Afcanius Marinengus.
 Hieronymus Oleaster.
 Hieronymus Vielmus.
 Martinus del-Rio.
 Ludovicus Ytella.
 Nicolaus Serrarius.
 Cornelius à Lapide.
 Leonardus Marius Colm. Agrippa.

In Exodum.

Origenes.
 Procopius.
 Beda.
 Rupertus.
 Abulensis.
 Cajetanus.
 Augustini.
 Theodreti.

Et Noſtri Temporis.

C Lipomannus.
 Oleaster.
 Pererius.
 Ludovicus Ytella.

In Leviticum.

Origenes.
 Iſychius.
 Procopius.
 Beda.
 Rupertus.
 Abulensis.
 Radulphus.
 Cajetanus.

Quaestiones.

Augustini.
 Theodreti.
 Petrus Serrarius.
 Hieronymus Oleaster.

In Numeros.

D Origenes.
 Procopius.
 Beda.
 Rupertus.
 Abulensis.
 Cajetanus.

Quaestiones.

Augustini.
 Theodreti.
 Hieronymus Oleaster.
 Procopius.
 Beda.
 Rupertus.
 Abulensis.
 Cajetanus.

Et Quaestiones.

Augustini.
 Theodreti.
 Hieronymus Oleaster.
 Origenes.
 Procopius.
 Abulensis.
 Cajetanus.

Et Noſtri Temporis.

Andreas Masius.
 Cosmus Magallianus.
 Nicolaus Serrarius.

In Judica.

Origenes.
 Augustini.
 Hugo Victorinus.
 Abulensis.
 Cajetanus.

In Ruth.

Abulensis.
 Cajetanus.
 Franciscus Fevardentius.
 Nicolaus Serrarius.

In Libros Regum.

Theodoretus.
 S. Gregorius in primum Regum.
 Angelomus.
 Eucherius.
 Beda.
 Hugo Victorinus.
 Richardus Victorinus.
 Abulensis.
 Cajetanus.
 Michael Sanchius.

In Paralipomenon.

Abulensis.
 Cajetanus.
 Beda.
 Cajetanus.

In Tobiam.

Beda.

Et Noſtri Temporis.

Nicolaus Serrarius.
 Rabanus.
 Et Noſtri Temporis.
 Nicolaus Serrarius.
 Franciscus Fevardentius.

In Job.

Origenes si tamen sit ejus opus.
 Olympiodori Catena.
 B. Gregorius in Moralibus.
 Beda.
 S. Thomas Aquinas, si tamen sit ejus.
 Et Noſtri Temporis.
 Franciscus Titelmannus.
 Franciscus Fevardentius.
 Joannes de Pineda.
 Jacobus Janfonius.

In Psalmos.

S. Hilarius.
 S. Ambrosius.
 S. Basilus.
 S. Joannes Chrysoſtomus.
 S. Hieronymus.
 S. Augustinus.
 Theodoretus.
 Rufinus.

Apollinarius.
 Cassiodorus.
 Remigius.
 Beda.
 Ahimo.
 Arnobius.
 S. Bruno.
 Hugo Victorinus.
 Euthymius.
 Rupertus.
 Guillelmus Parisiensis.
 S. Thomas in 50. Psalm.
 S. Bonaventura.
 S. Gregorius in septem.
 Aretius Felinus.
 Innocentius III. in septem.
 S. Bernardus in Psalm. 90.
 Thomas Cajetanus.

Et Noſtri Temporis.

Incongruus.
 Flaminus.
 Jacobus de Valentia.
 Franciscus Titelmannus.
 Christianus Iſchyus.

Et Noſtri Temporis.

Augustinus Souchus.
 Cornelius Janfenius.
 Genebrardus.
 Antonius Angelius.
 Guillelmus Lindanus.
 Robertus Bellarminus.
 Joannes Dolrio.

In Proverbia.

Salonius.
 Beda.
 Honorius.
 Guillelmus Parisiensis.
 Cajetanus.

Et Noſtri Temporis.

Cornelius Janfenius.
 Theodorus Pelanus.

In Ecclesiasten.

S. Gregorius Thaumaturgus.
 S. Gregorius Nyſſenus.
 S. Hieronymus.
 Olympiodorus.
 Salonius.
 Alcuinus.
 Hugo Victorinus.
 Guillelmus Parisiensis.
 S. Bonaventura.
 Cajetanus.

Et Noſtri Temporis.

Franciscus Titelmannus.
 Joannes Laurinius.

In Cantica.

Origenes.
 Philo Carpathius.
 Gregorius Nyſſenus.
 S. Gregorius Papa.
 Beda.
 Angelonius.
 Theodoretus.
 Ambrosius Ansbertus.
 Honorius Augustinus.
 Aponius.
 S. Bernardus.
 S. Thomas.
 Egidius Romanus.
 Rupertus Tuiticenfis.
 Robertus Olhot.

Et Noſtri Temporis.

Franciscus Titelmannus.
 Ludovicus Legionensis.
 Martinus Del-Rio.
 Jo. à Jesu Maria Carmelita.
 Ludovicus Soto major.

Rr 4 Michael

INDEXEORUM, QUI SCRIPSERUNT CASUS CONSCIENTIE.

- S. Raymundus de Penina-Forti. S. Antonius Florentinus. Asteianus Asteianus. Bartholomaeus Lisanus. Pacificus, auctor Pacificae Summae. Angelus de Clavasio. Ludovicus de Beja. Lelius Zecchus. Franciscus a Victoria. Baptista Tramavala, auctor Rosella. Thomas Cajetanus. Joannes Tabienus. Alexander de Arioftis. Bartholomaeus Fumus, auctor Armilla. Martinus Navarrus. Joannes Toletus. Joannes Chapeville. Joannes Aforius. Emanuel Sa. His adde omnes illos, qui scriperunt commentarios in 2. Sancti Thomae.

Therma

QUID SINT? EARUMQUE INVENTIO.

Thermae sunt aquae calidae, a calore Graeci appellant loca aquas calidas, sive a natura, sive ab arte habentia, sudandi, lavandique usus deputata. Unde & sudatoria, & balnea eadem vocantur, quamvis ab aliis distinguantur balnea, & Thermae. In hoc enim descendimus, ut lavemur: ad illas sudoribus gratia accedimus. Thermanum primus inventor est Ana filius Sebeon, quem Moyses Genes. 36. scribit invenisse aquas calidas in solitudine, cum pasceret alios patris sui. Pro aquas calidas, Hebraice ponitur Temna, quod Vatablus, & alii vertunt malos: & arripit eam interpretationem Calvinus, ut Jucecensis vulgata lectio. Bibliorum verum interpres noster optime vertit, nam in lingua Punica, quae Hebraeae affinis est, (jamini) significat aquas calidas. Alias rationes vide apud Cornelium in lapide Comment. in cap. 36. Genes.

Sumptus facti in Thermis. Vide Liberalitas sumptuaria. Prodigalitas.

THERMAS DEBERE ESSE OMNIBUS COMMUNES.

Et qua ratione exaruerint? Scribit de communi Thermanum usu Phil. Comenarius horarum Succis. cent. 2. cap. 69. hunc in modum. Retulit nobis nuper, inquit, quidam, nonnullas Thermas salutaris Germaniae, quas & nominavit, dum non omnibus volentibus uti gratis, exacto pretio permitterentur, plane exaruisse: sublato autem illo iniquo vestigali, vel pensione, concessoque libero usu omnibus, valerudinis curanda gratia, adventibus rursus ex fontibus, uti antea, copiose manare cepisse. Cum autem de his sermonibus cogitarem, forte incidit in locum Athizeni, ubi eadem quoque olim accidisse scribit, in palude quadam. Alexandri Pythia regis temporibus. Nam fabas Aegyptias per biennium fructum ibi fetaciter admodum protulisse, & crevisse. Alexandro postea custodiam statuente, quae carperet solum eos, qui cupiebant prohibente, sed ad lacum etiam accedere, paludem illam exsiccatam esse, nec fructum postea amplius tulisse, quamvis aquam locus habuerit.

Res huic simillima fuit (pergit idem Athenaeus) & ea, quae in Edapso accidit. Ibi enim differens ab aliis aquis, aqua quadam frigida ex fonticulo catens apparuit, non procul a mari, quam aegri bibentes plurimum juvabantur: quae re efficiebatur, ut multae ex longinquis regionibus illuc ad bibendum accedissent. Cum vero Duces Antigonis regis hanc parcius dispensare cepissent, aliam multum differentem bibentibus dari iusserunt, quo statim fonticulus exaruit.

Quaedam Loco de Aqua hic poterunt referri. Et vide lib. 11. bujus operis. Loco de Balneis.

Thesaurus

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA

Thesaurus, Graece θησαυρος, est verus quaedam depositio pecuniae (per quam intellige quascumque opes mobiles) cujus non extat memoria, ut jam Dominum non habeat. Ea autem res Dominum non habere censenda est, quae ita Domino est abiecta, ut eam in numero rerum suarum esse non lit. S. penult. Infit. de rer. divisione, vel quam Dominus contemnit, & derelinquit, ac si nullus esset pretii. Immo pro qua recuperanda nullam aut industriam, aut laborem impendit. Ita Novar. l. 4. c. 1. r. 2. r. 8. Etiam nomine Thesauri accipiuntur quaevis pecuniae repositae, aut aliae opes quaecumque, quarum usus ad res quaslibet esse potest. Et transferuntur ad quavis reposita ad hoc, ut conferentur.

Utramque acceptionem in praesenti considerabimus.

DE ACQUISITIONE DOMINII IN THESAURIS

Jure naturali, & gentium thesaurus transito in Dominium inventoris occupantis, est communis DD. sententia: quae enim nullus fuit, sunt primo occupantis: at thesaurus in nullius dominio censetur.

Thesaurus inventus in proprio fundo totus est inventoris. Infitur. de rerum divisione, ubi dicitur, thesaurus, quos quis in loco suo invenit, D. Adrianus naturalem aequitatem secutus, qui concessit, qui eos invenit, l. 1. Unica. C. de thesauris, idem habetur, addita ratione, ut Dei beneficium invidiosa calumnia prosequatur.

Inventus autem in fundo alieno (etiam si fundus Principis fuerit) siquidem fortitudo sit reperitus, dimidium erit inventoris, & dimidium domini fundi; si autem de industria quaeritus sine consensu domini, totus erit domini, quod servandum in foro conscientiae, & jam ante omnem Judicis sententiam: nam haec dispositio juris non est penalitatis, sed definitiva proprietatis rerum; teste Novar. cap. 17. num. 175. & Cajetan. quest. 66. art. 5. & alii. Non videtur autem obligare in conscientia ante sententiam Judicis, sed sufficit dare dimidiam partem domino fundi, parte altera dimidia retenta.

Si vero Dominus consenserit, ut quaereret, sciens, quid ille quaereret, standum est pacto, si quod in initum est; si autem nullum sit pactum, totus thesaurus erit inventoris. Novar. cap. 17. num. 172. & alii. Ratio est, quia tunc videtur illi partem suam condonasse: nisi forte invento certo sciverit ibi latere thesaurum, & simulaverit se nihil scire; tunc enim dominus ita deceptus non censetur ei condonasse, ut recte Sylvester verbo Inventum quaest. 3.

Quando fundus habet duos Dominos, directum, & utilem dimidium erit inventoris, & alterum dimidium inter illos, ex equo est dividendum tanquam inter dominos loci.

Qui sit alieubi thesaurus latere, & emit locum, antequam eruat, efficitur dominus totius thesauri. Novar. num. 175. & Sotus l. 5. de Justitia q. 3. art. 3. ad 2. Idem insinuat in parabola Domini Matth. 13.

Si in loco publico, v. g. in flumine, in platea, effossa, in via publica invenitur, totus videtur esse inventoris; non Principis, vel Reipubl. ita Covarr. regula Peccatum p. 3. s. 2. num. 3. Hic citans pro se Baldum, Cynum, & alios quosdam. Ratio est, quia Resp. vel Princeps non est dominus talis loci jure domini specialis, de quo leges loquuntur; sed dominio jurisdictionis, & auctoritate disponendi.

TAMERLANES Scythia, cum iter per Syriam faceret, obtulit se ei arator, qui tunc in vas ingens aurea moneta arando impergerat. Cum autem omnes, qui cum Rege erant, Regis aurum illud esse dicerent, quoniam inventi, qui occultantur, thesauri, sicut putantur, possit rex monetam inspicere, & ab astantibus percontatus, putarente patris sui imaginem esse, quam pecunia expressam habebat. Cui cum respondissent, Romanorum Principum effigiem esse, tunc respondit Tamerlanes. Si ergo haec pecunia majorum meorum non fuit, aratori eam relinquamus, ad quem Deus eam detulit.

Si thesaurus invenitur in loco sacro, vel religioso casu sortuito, totus est inventoris: ut patet, S. Thesaurus, Infit. de rerum divisione. Intelligendo autem haec de locis sacris, & religiosis omnino publicis, quae in Jure dicuntur esse nullius: fecus

secus de Monasteriis, & similibus, quae specialis domini jure possidentur.

Si autem data opera inventus sit in tali loco, dimidium cedet Ecclesiae. Nam Ecclesia censetur dominus talis loci. Unde secundum legem unicum, C. de thesauris, debetur ei dimidium.

Si autem per magiam sit reperitus, pertinebit ad Fiscum: ita communitur Doctores, ex l. unica. C. de thesauris.

Non autem tenetur inventor tradere, nisi a Judice compellatur; ut recte Nav. num. 175. cum lex illa penalitatis sit, & quidem sententia ferenda, non lata. Nihil enim aliud dicit Imperator, quam se cuique in suis locis tribuere facultatem quaerendi thesaurum, & invento fructui, dummodò sine sceleratis, ac puniendis sacrificiis, aut aliquolibet arte legibus odiosa quaeratur.

Potro notandum, ea, quae hic diximus de Thesauris, procedere secundum jus commune: quod si in aliqua Provincia sint aliqua leges particulares, vel consuetudines hae de re justae, sunt servandae. Quod autem quidam dicunt, consuetudinem habere, ut Thesaurus ubi inventus sit Principis, hoc multi censent non obligare in conscientia, ut S. l. verbo Invent. n. 13. Sotus lib. 5. de Justitia q. 3. art. 3. ad 2.

THESAURI.

In loco de Divitiis pleraque. Tit. singulari. Inventi. Reperti.

Cum Xerxis classis ad Chalcidem nastragium gravissimum passa esset, Aminocli Cratino Magnefio valde fructuosum fuit hoc nastragium. Nam aliquanto post, dum circa Septidem humum fodit, multa pocula aurea ejcit, multa argentea reperit, & thesaurus Perfarum invenit, mirificaeque ditatus est, quae tamen utilitas ei ingrata fuit, ac doloris causa, quod erat filius orbatus. Herod. lib. 7.

Mandrabulus quidam cum thesaurum reperisset, primum auream ovem posuit Junoni Samiae, proximo anno argenteam, tertio aream. Hinc proverbium. Ad morem Mandrabuli negotium procedit, dum in singulis dies fit minus, C. ac deterius, atque in tergum retrocedit. Erasmus in Chalcidibus.

De Thesauro invento extat Graecum Epig. Platonis, vel Antipatri, lib. 1. Epigrammatum.

Χρυσόν ἀνθρ' ὁ μὴ εὖρεῖ, ὅδ' ἀναρῶ δὲ μὴ εὖρεῖ, μὴ δὲ εὖρεῖ, ὅδ' ἀναρῶ μὴ εὖρεῖ.

Aufonius in Epigrammatis sic interpretatur est: Thesauro invento, qui homina mortis inibat, Liqueat ovas laqueum, quo periturus erat.

At qui, quod terra abdidit, non reperit aurum. Quem laqueum invenit, nexuit, & perit.

Idem aliter.

Qui laqueum collo nectebat, reperit aurum, Thesaurique loco deposuit laqueum.

At qui condiderat, postquam non reperit aurum, Apravit collo, quem reperit laqueum.

CN. POMPEJO contra Domitium cum sex legionibus in Africam a Sylla missis prope Carthaginem ajunt rem accidisse ridiculam. Inciderant Milites aliquot in thesaurum, ac magna vi argenti erant potiti. Re vulgata locum eum alii omnes

existimaverunt argenti plenum esse, per superiores Paenorum clades ibi reconditi. Nihil igitur uti Pompejus militibus potuit per multos dies, Thesaurus scrutantibus: sed obambulavit ridens, cum contempleretur tot millia in fodiendo, & vertendo campum occupata; quoad deposita spe, dixerunt Pompejo, duceret, quo liberet, satis se paenorum dedisse stulticiae suae. Plut. in Pompeii vita.

BONOSTUS Tarentinus, vir insolita statura, ductus in Germaniam ex Italia obsidis loco a Pipino rege Franciae, & Marfilio Suevorum duci donatus, cum in Germania manere vellet, ab eodem totum tractum, qui a Bibraco usque ad lacum Federice extenditur, accepit: cumque in uxorem duxisset Montfortiam volens edificare castrum, alienum vas auro, argenteoque plenum in uxoribus praesentia reperit, ideoque castrum illud Kesselberg nominavit, a quo etiam ipse, & posterius nomen titulo comitum accepit. H. Henniges in Geneal.

Propè Devam, Transylvaniae urbem, in vestusta arce paucis abhinc annis, post diuturnos imbres, & inundationes, sub arbore vetustate exefa ingens thesaurus, solaribus radiis aurum admirando fulgore detegentibus, repertus est a Rusticis. Ser-

pens aureus tanquam custos appositus erat, quem occiso Georgio Monacho Ferdinandus Imperator accepit. Numismata aurea tres aureos coronatos nostrates pendencia, innumera, Lysimachi regis Thraciae imaginem, averfa parte Victoriam praeferebant. Ditati inde rustici. Quod superfluit rustici, 20. millium coronatorum aestimationem adaequavit, & a Joan. Bapt. Castaldo archistratego ad Ferdinandum regem transmissum fuit, circa annum Salut. m. d. i. cum duabus imaginibus aureis, Nini, & Semiramidis, Carolo V. dono datis. Centum millia coronatorum thesaurus ille superavit. Acan. Cent. lib. 4. Com. belli Transylvaniae.

Cum Venetiis fundamenta novae Ecclesiae S. Laurentii jacerentur, operarii invenerunt capsulam ligneam, carie, & antiquitate penè consumptam. In ea inventa est arcuula plumbea magnitudine brachii humani, antiquissimis plena numismatibus aureis. Antequam aperirent, ad architectum detulerunt, is eam aperiens, & tot numismata inveniens, letus silentium ab operariis stipulatus est, ipsaque numismata inter se diviserunt, arcuulam autem ipsam in aquas abiecerunt. Interea babilus quidam, qui etiam aliquot ex istis numismatibus acceperat, necessitate rei domestice compulsus, accepto uno, auraletero aurifabrum accedit, sciscitans quantum pro singulis vellet numerare. Aurifaber videns singularem eorum antiquitatem, imaginem quoque, & inscriptionem nunquam antea visam (ab uno enim latere vexilla conspiciantur tria, in quorum summitate crux erat, ab altero nihil praeter litteras aliquot Chaldaicas conspiciantur) admiratus, unum, aut alterum emit. Hoc modo detectum negotium ad aures Senatorum pervenit: qui confestim missis satellitibus suis architectum cum reliquis operariis comprehenderunt, & in carcerem compegerunt. Examinati postea, rem omnem ordine confessi sunt: arcuulam se invenisse plumbeam, in capsula ligneae, eam habuisse inscriptionem marmoream: inscriptione duo expressa capita humana, coronis insignita. In arcuula praeter numismata inventa nonnulla scripta in membrana, litteris plane ignotis, & antiquissimis. Omnia se praeter aurum in aquam abiecit, ne qua oriretur suspicio. Dolenda profecto tanta antiquitatis lactura. Contigit id anno 1593. Ma. Janfonius 6. Histor.

Novi nobilem quandam (inquit, Philip. Comenar. hor. sub. cistuar. part. 1. cap. 62.) qui in bello illo, quod Caesar Carolus G. V. cum Principibus Germaniae nostro tempore gessit, metu hostium pretiosiores suas res, in anne quodam prope areem suam, quem ad hoc a suo cursu averterat, effosso specu veluti in loco abstruso, & tussissimo occultaverat. Sed assumptis omnibus, qui hujus rei gnari essent, in tuta loca fecerant. Sed tanta fuit sagacitas Hispanorum, ut nescio qua arte, illas res indagare, & iterum averto amne abstrusa, & demersa ibi explicari sint. Eademque ratione pecuniam, aliaque res non solum in illo bello defossas, sed multis saeculis ante occultatas, & vultustate propemodum consumptas, invenerunt.

Simili felicitate in erendis abstrusis rebus usi sunt Hispani paulò antè in Comagra Insula Indiae Occidentalis. Cum enim Comacus unus ex regulis istius loci, quos Caciccos vocant, in arundineo lodices, stragulas, feticilia, & lignea vasa, & amplius duo mille, & quingenta pondo auri laborati, ne in manus Christianorum veniret, abdidisset; Indos captivos tormentis fatenti, & prodere ea coegere.

Eandem fortunam Turca occupata Constantinopoli habuere. Tantos enim thesauros, tam novos, quam veteres eruerat, ut aestimationem excedant. Ideoque recte quidam exclamant. O Graeci jam miseri, & miserabiles, qui inopiam fingebatis: ecce jam in lucem venerunt thesauri, quos pro urbis subsidio denegastis.

RICHARDUS Rex Angliae immensum thesaurum à Nobili, quodam in proprio fundo reperit uti occupare conatur. Cum autem Canlacum, vel Chalnutum Lemovicum urbem, in quam is nobilis cum thesauro profugerat, obsideret, & oppugnaret, venenata sagitta in sinistro brachio ictus est, quo vulnere ex negligentia curatione paulò post obit.

Continent autem Annales Franciae, in hoc thesauro fuisse statuam cujusdam Imperatoris, cum conjugè, & filiis silibabique, ejus staturae, sicut in illa etate fuerunt, affidentes mensae omnia ex solido auro, una cum inscriptione, eorum nomina, & quo tempore conflata ista fuerint, continente.

Felicio fuit in erendis thesauris Tiberius Imperator Graecus. Is enim, cum cruce in pavimento, ne pedibus calcaretur, pio studio auferre jussisset, non solum praeter spem immensum thesaurum ibi defossum invenit, sed etiam Narsetic thesaurum, quem ante mortem suam domi suae occultaverat, interea